



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Quid sit iusiurandum

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

L I B E R III.

enim & que destitutus est omni consilio, si quid inciderit, quam hoc hominum genus, clamoribus mederi rebus omnibus uolunt, ei medico, aut potius simulacro medici, qui unico pharmaco morbis omnibus occurre
Quid sit ius bat, simillimi. Sed ad rem accedamus. Ius iurandum est iurandum.

dei contestatio ad aliquid decidendum aut præstandum. Hæc definitio non est nostra, sed eius per quem iuramus. Exodi enim 22. sic præcipit: Si quis dederit proximo suo asinū aut bouem, aut pecudē, aut quamvis beluam ad custodiendum, & ea moritur, aut perditur, aut à prædonibus (nemine uidente) rapitur, iam ius iurandum domini erit inter ambos istos, quod is ad quem deposita est belua, non miserit manum suam in rem proximi sui: et ius iurandum istud accipiet dominus beluae, neq; is ad quem deposita erat quidquam restituet. Hic uides ius iurandum dei esse contestationem. Dicit enim: Ius iurandum domini aut dei, est enim יהוה Iehoua. Hæc autem contestatio nihil aliud est, quam suijpsius ad ultima supplicia diuinæ vindictæ, si fallat, deuotio. Quum enim aduocat testem, cuius solius se cultorem confitetur, quiq; falli minime poscit, etiam si homo possit, per eius, cuius et cultor sit unice, quiq; solus nouit corda nostra, amissionē, testatur se non fallere neq; falsurum esse. Hæc ergo authoritas, ad cisoriam partem iuris iurandi attinet.

Habemus & in Genesi 21, uerba Abimelech ad Abraham

Abraham, ad hunc modum: Iura ergo per deum ne no-
cessas mihi et posteris meis stirpiq; meæ &c. Ac postea
dicit Abraham: Iurabo. Et paulò post: Ibi iurauit uterq;
&c. Hic iterum habemus contestationem dei ad ali-
quid præstandum. Iurat enim Abraham se non nocitu-
rum esse, quod & præstitit. Hoc inquam est iuriuran-
dum si definias. Catabaptistæ solum decisionem uo-
cant, & dei contestationem omittunt, ne simplices sic
apud se reputent, Qui fit, ut non sit deus in testem ad
uocādus, ubi proximi salus periclitatur? SIMON.

Proba quod Christianus possit & debeat præstare
iuramentum. IOIADA. Si contentiosus non
esses, iam diu satis esset probatum. Ex cap. uicesimo Comites
Deuteronomij iuriandum anteambulones circum*iurisutādī*
stantias habet, sine quibus iuste fieri non potest. Sic
enim scribitur: Dominum deum tuum time, illi ipsi ser-
uies, ei adhæreas, & in nomine eius iurabis, ille laus
tua, illeq; deus tuus, qui tecum fecit eximia & terri-
bilia ista quæ uiderunt oculi tui. Vide quomodo sit iu-
randum, & quibus gradibus ad iurandum acceda-
tur. Iam idololatræ etiam si deum timent, non tamen
rite timent, neq; ei seruiunt, quia quod in oculis ipso-
rum splendidum est, hoc aut deum, aut cultum dei im-
pie affirmant, reclamante scriptura & uerbo domini.
Adde quod unice deo non adhærent. Qui ergo deo non
fudit, idoneus non habetur ut iuret per nomen dei.

¶

76